Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# (Discipulus) - Cod. St. Blasien 96

Herolt, Johannes

[Südwestdeutschland], [um 1450]

"Notandum quod ... dies sabati est dedicata glorioso virgine Marie"

urn:nbn:de:bsz:31-53528

Visual Library

factu narrat et mulierem
coronatam depinxit. At illi (pro)fecto
dicis hec est enim mulier
boni testimonii et laudabilis
vite et speculum virtutum.
At ille stulta q(ue) no(n) crederis
in vocet et examinetur.
Si (con)fessa et (con)victa fuit
(con)buratur si no(n) ego (con)buror.
Vocatur (er)go ad pallacium (om)nes
assurgunt pontifices (et) trono iuxta
imperatorem qui recitat ei de
factis et dictis novi (pro)phete
q(ui) ea(m) accusabat (et) q(ui)busdam
que incredibilia viderentur
iubet ut se expurget ut
fatetur. At ille Salomon
docet (qu)omodo debet fieri cum
(con)silio ut primo respondere
q(uod) mulier (pro) parte papa adiit
cum lacrimis veniam petiit
(con)fessione cum amaritudine (pro)fecit
petens sibi primo dare quicum-
que vellet ut tamen (pec)cata non
peccat papa (con)solatur. Flentem
(pro)mittens ei negotiatione per
peccata magdalene et lacrimis
iniustis dimissa movet ne
desperet sed beata maria ad-
iuvet innocet dans (ex)em(plu)m q(uod)
pecca(tri)ces mortis orbis liberat. Sed
q(uod) huic tempus habes dic unum
p(ro)pter n(ost)ris p(ro)borum peccatis tuis
(con)fortare mulier vocat virginem
maria dic statuto intrat
(con)sistorium assistunt principes cum
imperator. Mulier itaque locutus
notarius vocatur ut accuset eam
(con)tinuo q(ui) ea(m) no(n) agnovit d(icens)
no(n) esse illa ita pretiosa. Et
imperator atque illa est qua(m)
ante accusasti. Respondit notarius
ego nullum malum agnosco eam.
Et quis audere mala loqui
decet cum video inter eam (et) eam
illa stante et eam (pro)tegente.
Ad hanc vocem omnes stupent et
se signo crucis signat stati(m)
dyabolus disparuit (er)go honoratur
a principibus et ab imperatore
et deo et gloriose matri sue
omnes gratias agentes et laudes
referunt qui sic salvat spe-
rantes in se &c.

Notandum quod sicut dies
dominica est resurrectionis
et sexta feria passionis
Sic dies sabbati est dedicata
gloriose virgini marie. Et hoc
multiplici ratione. Prima est quia
passio sua (con)venit cuilibet
die celebrari. Martyr aut virgo
et si no(n) est passa tormenta mar-
tyrium tamen passa fuit martyrio
mentis. Iuxta illud Luce 7°

Et tua ipsius animam pertransibit
gladius doloris. Et id martirium
fuit tam continuatum et
consumatum in tota sexta feria
et sabbato sequenti. Sexta autem
feria dedicata est martirio filii
et ideo sequens sabbatum dedicari
debuit martirio matris sue.
Secunda ratio quia sicut in die sabbati
deus requievit ab omni opere suo
Sic ipse in utero marie virginis
requievit et venit deus in ventre
et mente. In nullo enim alio sancto
spiritus sanctus requievit plene quia
nisi in ipso et virgine maria
quia in aliis sanctis semper fuit aliquid
repugnans saltem peccatum veniale
In ipso autem et virgine maria
nil repugnans invenit et ideo
perfecte ibi requievit. Tertia
ratio quia deus die sabbati benedixit
sicut beata virgo fuit ab
omnibus benedicta. Nam pater elegit
eam in filiam et filius in matrem
spiritus sanctus in sponsam. Et ab angelo
est benedicta quia eam salutavit
et a toto mundo qui eam laudat
et veneratur. Quarta ratio quia
sabbatum est medium inter diem
gaudiosum scilicet diem dominicam
et penosam scilicet sextam feriam
Sic ipsa est mediatrix inter deum
et hominem. Quinta ratio quia in die
sabbati tota fides permansit et in-

sola virgine remansit ideo merito
hec dies sibi dedicata fuit etc.

Nota exemplum quo beata virgo
maria iuvat hominem in vita
et legitur quod princeps quidam cum se-
moribus multis divitias dimi-
serat qui tamen studebat torna-
mentis et vanitatibus huius mundi
in vestibus et equis ut omnia sua
bona effudisset et omnes milia
terra se morari multa vendidisset
et loco pignoris exposuisset.
Ille voluit recedere de terra sua
sed quidam villicus videns eum
tristem ait domine quare estis tristis
vultis divites fieri. Respondit libenter
vellem si cum deo possem habere
divitias. Respondit villicus sequimini me
et bene erit vobis et statim
dominus secutus est suum villicum
et duxit eum per quoddam nemus
in locum palustrem ubi cepit vil-
licus loqui cum dyabolo. Territus
dominus quesivit cum quo loqueretur.
Respondit cum dyabolo. Et princeps
plus timuit. Et ait villicus
dyabolo. Adduxi vobis hominem no-
bilem supplicans ut eum antiquis
divitiis restituatis. Cui dyabolus
Si voluerit mihi esse devotus
dabo ei divitias et honores
super omnes cognatos et vicinos